Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rent scripturas. Unde et nobis hoc orandum est ut ipse nostrum sen
sum aperiat. Quid autem ostendit dominus scriptum de se in lege moysi
et prophetis et psalmis. quid ostendit nobis. ipse breuiter dicat. Hoc
euuigilata posuit. ut nos nossemus quid in tanta latitudine scriptu
rarum credere et intelligere debeamus. Certe multe sunt pagine. et
multi libri. hoc habent omnes quod dixit dominus discipulis suis. quia
oportebat xpm pati. et resurgere tercia die. Habes iam despon
so. quia oportebat pati xpm et resurgere. Commendatus est nobis
sponsus. desponsa uideamus quid dicit. Et tu cum cognoueris spon
te nouis sum et sponsam. non sine causa ad nuptias uenisse. Celebratio enim
nuptiarum. omnis celebratio ecclesie. Nuptie celebrantur ducturus
est uxorem filius regis. et ipse filius regis rex. et qui frequentant ipsi sunt
sponsa. non quomodo in nuptiis carnalibus. Alii frequentant nuptias.
et alia nubit in ecclesia. Qui frequentant si bene frequentant. sponsam
faciunt. Omnis enim ecclesia sponsa xpi. cuius principium et primi
tie caro xpi est. ibi iuncta est sponsa sponso in carne. Merito
carnem ipsam cum commendaret. panem fregit. Merito in fractione
panis aperti sunt oculi discipulorum. et cognouerunt eum. Quid ergo dixit
dominus. scriptum esse de se in lege et prophetis et psalmis. quia oporte
bat pati xpm. si non adderet et resurgere. Recte illi plange
rent quorum oculi tenebantur. sed et resurgere predictum est. Et ut quid
hoc. Quare hoc. Oportebat xpm pati et resurgere. propterea
commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terre. et
adorabunt in conspectu eius uniuerse patrie gentium. Nam ut
nouitis quia oportebat xpm pati et resurgere. et hic quid ad
didit. ut post commendationem sponsi. commendaret et sponsam. Et
predicari inquit in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum
per omnes gentes. incipiens ab ierusalem. audistis fratres. tenete. nemo
dubitet de ecclesia. quia per omnes gentes est. Nemo dubitet quia
ab ierusalem cepit. et omnes gentes inpleuit. Agnouimus agrum ubi
uitis plantata est. cum autem creuit non agnouimus quia totum